



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Norembergensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Norembergæ, 1523

VD16 K 320

73 Qvo Pacto Ecclesiastici Ivdices, sæculares causas, prætente
iurisdictionis prætextu, inesse transferre conentur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

ciuiles magistratus administrari postulare possit; quanque iur
ra communia in genere diffiniant, statuantque, quod pacto cano
nica ciuilibus, & e regione canonicis ciuilia iura opem sup
petiasque ferre debeant.

QVO PACTO ECCLESIASTICI IVDI
ces, saeculares causas, prætente iurisdictionis prætextu, inesse
transfere conentur.

Necque hoc plerisque longa experientia rerum ac eruditione 73
doctis probatur, quod iudices ecclesiastici, quibusda in locis diu
turni vsus quasi possessionis, adimpleretque præscriptionis
prætextu, laicorum cōtrouersias coram se dirimendas hacte
nus præsumperunt. Nam ea ex re Cæsarea Maiesta, Roma
numque Imperiū haud parū detrimenti patitur, vtputa, quod
non minimus Imperij honor temporalis, s*i*urisdic*tio* memo
ratæ præscriptionis velamine minuitur, attenuatur, & peni
tus ab Imperio ad ecclesiasticos transfertur, Quod contra re
cepta, apertaque iura, nemo est qui nesciat, quibus statuitur &
cauetur, vt nulli præscriptioni quantumuis longe aduersus
præminentem, tum Papæ, tum Cæsaris potestatē siet locus.
Quod INIQVE HOMICIDAE, ALIIQVE PECCATO
res ab ecclesiasticis iudicibus duplici afficiantur poena.

Quum diuina humanaque iura vetent, vt nemo duabus ce
di debeat virgis, merito plæricque, quibus celebrum est, non
nullarum cathedralium ecclesiarum odiosa statuta, peruer
sosque mores, quibus vtriusque sexus homicidas, relique maio
rum, minorum criminū reos hucusque vexarūt, detestantr. Nā
hactenus seruata est consuetudo, quod homicidijs, similiumpque fa
cinorum, quos casus Episcopis reseruatos vocant, rei, pera
cta in aurem confessione, publicam poenitentiam, in totius
populi conspectu, cum magno suorum ipsorum dedecore,
ignominia, infamia subire coguntur. Quæquidem poeniten
tiæ formanon usque quacque improbanda foret, vt pote, quæ ad
primitiua ecclesiæ instituta cōproxime accederet, si hac con
F ij